



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitruvius Itervm Et Frontinus

Vitruvius

Florentiae, 1513

De oecis more graeco. Caput. VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12979


eria scripta sunt, ita habeant rationem, sed propter
 columnarum interpositiones, spaciosiores consti-
 tur, Inter corinthios autem & aegyptios, hoc erit di-
 scrimen, Corinthii simplices habent columnas aut in
 podio positas, aut in imo, supraq; habent epistylia,
 corona, aut ex intestino opere, aut albario, Præterea
 supra coronas curua lacunaria ad arcuum delumba-
 ta. In aegyptiis autem supra columnas epistylia, & ab
 epistyliis ad parietes qui sunt circa, imponenda ē con-
 tignatio, supra eam coaxatio & pavementum, sub dio
 ut sit circuitus. Deinde supra epistylium ad perpen-
 diculum inferiorum columnarum, imponenda sunt mi-
 nores quarta parte columnæ, supra earum epistylia & or-
 namenta, lacunariis ornantur, & inter columnas su-
 periores fenestra collocantur, ita basilicarum ea simili-
 tudo, non corinthiorum tricliniorum uidetur esse.

De œcis more græc.

Caput. VI.

Fiant autem etiam non italica consuetudi-
 nis œci, quos græci κλινοὺς appellat,
 Hi collocantur spectantes ad septentrionem,
 & maxime uiridia prospicientes, ualuasq; habent in
 medio, Ipsi autem sint ita longi & lati, uti duo tricli-
 nia cum circuitionibus inter se spectantia possint esse
 collocata, habeantq; dextra ac sinistra lumina fene-
 strarum ualuata, uti uiridia de tectis per spacia fe-
 nestrarum prospiciantur, Altitudines eorum dimidia la-
 titudinis addita constituantur.

In his



a. ædificia
ma.
b. triclinia
c. arcuitio
nes
d. locus lecti
et mēsa.

In his ædificiorum generibus omnes sunt faciendæ earum symmetriarum rationes, quæ sine impeditione loci fieri poterunt, Luminaq; parietum altitudinibus si non obscurabuntur, facilliter erunt explicata, Sin autem impediuntur ab angustiis, aut aliis necessitatibus, tū opus erit, ut ingenio & acumine de symmetriis detractiones, aut adiectiones fiant, uti non dissimiles ueris symmetriis perficiantur uenustates.

Ad quas cœli regiones quæq; ædificiorum genera spectare debeant, ut usui & salubritati sint idonea.

Caput. VII.

Nunc explicabimus quibus proprietatibus genera ædificiorum ad usum & cœli regiones apte debeant spectare, Hiberna triclinia & balnearia occidentem hybernum spectent, Ideo quod uespertino lumine opus est uti, præterea quod etiam sol occidens aduersum habens splendorem, calorem remittens, efficiat uespertino tempore regionem tepidiorum, Cubicula & bibliothecæ ad orientem spectare debent, Usus enim matutinum postulat lumen, Item in bibliothecis libri non putrescant, Nā in his